

bet sensibile pro objecto.

**Ad 10.** dicitur inquirendo an possimus si plura intelligere. Ad aliud dictum est supra enumerando sensus interiores.

**Ad 11m.** dicitur qd solus intellectus facit vniuersalitatem in rebus et ideo sensus interior nō ē circa vniuersale sed circa aliquod individuum vagum.

Ad aliud dicitur quod sensus exterior ē quantus sicut sensus exterior. Tamen non oportet quod si tante quantitatis sicut suum obiectum. Ad aliud dicitur quod bruta exeunt in actum per hoc quod monentur ab aliquo extrinseco vt dicit phi. 8. phi. 1.

**Ad 12.** dicitur quod ibi potētia capitur pro actu nec ille motus est vniuocus cum alio motu phisico. Et semper precessit aliquis actus in sensu exteriori.

**Ad 13m.** dicitur quod omnia animalia agūt vno modo et ideo agunt ex instinctu nature. Nec est verū quod omnem determinationem precedit consilium sed forte instinctus nature. Natura enim non deficit in necessarijs. Si dicatur Scire est rem p causā cognoscere sed iste canis cognoscit istum esse suum inimicum quia verberauit ipsum ergo habet veram scientiam et discursum. Negatur consequentia quia deus non discurret et tamen cognoscit rem p causam.

**Ad 14m.** patuit supra quomodo ibi capitur compositio. Si dicatur canis aliquando decipitur sed falsitas non est nisi in compositione ergo in sensu est compositio proprie dicta vnde potentia cogitativa hominis aliquādo format propositionem singularem. Dicendum sicut supra dictum est quod non omnis veritas est in compositione nisi forte sicut in cognoscente. Concedo tamen quod sensu interior iudicat. Non tamen componit sed cognoscat effectum in causa vide San Tho. 1. parte q. 16. ar. 2. q. 17. ar. secundo. Quidam dicūt quod in brutis est discursus imperfectus et similiter compositio in completa et per hoc soluunt omnia argumenta. s. t. 1. parte q. 96. ar. 1. ad. 4m. dicit post philosophum primo metaphisice in quibusdam animalibus esse quandā participationem prudentie ex instinctu nature ex qua cōtingit quod grues sequuntur ducē et apes obediūt regi. Et s. a. tho. tertio de anima lec. 4. dicit qd fāta sia nec componit nec diuidit. Sz an apis mouetur a fāta sia determinata videtur qd nō ex. s. t. tertio lec. 5.



**Ad 4m.** sic pceditur videtur qd intellectus non sit potentia passiva quia intellectus est nobilissima potētia sz potētie vegetatiue sunt actiue ergo et intellectus quia agēs est nobilius patiēte. Sed contra est phi.

**Respondeo** dicendum scdm s. t. 1. parte q. 79. ar. qd intellectus est potētia realiter distincta ab anima quia est principium proximum operationis que distinguitur ab esse ipsius anime et quia in deo idem sunt operatio et esse et ipse deus ideo suus intellectus non distinguitur ab eo. Preterea. Notandum quod pati tripliciter dicitur. Primo p pūssime scilicet quādo aliquid remouet ab eo quod cōuenit alicui per suā naturam vt quando aqua amittit frigiditatem.

Secundo quando aliquid remouetur siue sit pueniens siue disconueniens. Tertio quando aliquid recipitur ad quod subiectum prius erat in potentia.

Et sic intelligere est pati quia noster intellectus aliquis

est in potentia ad suum actum non enim semper actu intelligimus omnia intelligibilia sz aliquis intelligit et aliquis non sicut materia corruptibilius aliquando est sub vna forma aliquādo sub alia in principio autem vt dicit phi. est tanq̄ tabula rasa iqua nichil depictū.

Preterea notandum quod alberrus et multi alij incipiunt 3m. librum de anima i hac materia de intellectu ibi de parte autem anime vnde est textus s. t. scdm s. t. ibi est lectio 7. 3. de anima vnde ipse incipit 3m. a. t. c. 128. ibi quod autem non sit sensus. Cuius ratio est quia fuerunt aliqui qui posuerunt sensum et intellectum esse idē. Manifestum est autē quod intellectus non est aliquid de sensibus exterioribus. Et ideo oportebat inquirere an esset sensus interior vnde et greci ibi incipiunt 3m. Sed hec disputatio ē modice vtilitatis vt dicit egidius. Ex his patet qd intellectus non dicitur pati passione corruptiua qd non habet materiam sed perfectiua sicut superius dictum est de sensu in hoc tamen differunt sensus et intellectus quia intellectus non corrumpitur ab excellenti intelligibili. Tum quia sensus est affixus organo corporali. Non autem intellectus licet debilitetur ex lesione organi sensus vñ lesi in fantasia nunq̄ bene intelligūt quia intellectus capit cognitionem a sensu.

Preterea sciendum qd intellectus est in potentia vt omnia cognoscat. Et ideo philosophus dicit quod non habet aliquam determinatam naturā corporeā quia alias non posset intelligere omnia corpora quia vt dicit textus. Intus existens prohibet extraneum vnde intellectus dī possibilis quia sicut materia est in potentia ad formas materiales. ita intellectus est in potentia respectu intelligibilium. Ex his inferē quod intellectus caret organo corporali quia alias haberet aliquam determinatam naturam sensibilem sicut alij sensus qui conformantur suis organo qui proportionantur qualitatibus sensibilibus. Ex quo sequitur quod species intelligibiles non recipiuntur in aliquo organo corporeo sed tantum in intellectu possibili vñ dī locus specterum.

Contra hec arguitur intellectus est principium intellectionis ergo non debet dici potentia passiva antecedens patet quia effectus non excidit suam causam in passione sed intellectio albedinis est perfectior albedine cum sit qualitas spiritualis que nobilior est corporali sicut visio dei est nobilior albedine ergo intellectio albedinis nō producit ab albedine effectiue sed ab intellectu. Item operatio vitalis necessario causat a forma vitali sed intellectio est operatio vitalis igitur. Ab alio patet quia hec est differentia inter formam vitalem. et non vitalem.

Secundo arguitur ad idem intellectus est perfectio igne sed ignis est actiuus ergo et intellectus patet consequentia quia quanto forma est perfectior tanto est actiuor. Item intellectio producit effectiue ab obiecto ergo quando intellectus intelligit seipsum tunc est principium actiuum ipsius intellectionis.

Tertio ad idem intellectio angeli non causatur ab aliquo extrinseco effectiue cum nullum corpus um possit agere in spiritu ergo est effectiue a suo intellectu. Alias etiam nulla esse causa quare potius intelligeret in vno tēpore q̄ alio. Item actus credēti ē meruozius ergo est ab intellectu nostro effectiue.